

V L U N

337

Vinum Pectorale.

R. Succ. Glycyrrh. Hisp. ʒij. Croci ʒij. Sem. Coriand. Carui, Anisi an ʒij. Sal. Tart. ʒfs. Aq. Puleg. Hyssopi a ʒiv. Vini Canar. ℔bij. Digere frigidē.

Tincturæ Dulci est affine; magis vero incidit s & potentius expectorat. Dentur ʒij. quater, vel saepius in die.

Vinum Scorbuticum.

R. Herb. Cochl. hort. integr. M. j. Rad. Raph. sylv. raf. ʒfs. Cort. Winter. ʒij. Vini albi, Aq. Ari a ℔bj. Stent frigidē.

Titulus vires monstrat. Vid. Cerev. Scorb. Cālid. Propinari postulant ʒiij. bis in die, cum haustulo Cerevisia.

Vinum Stomachicum.

R. Garyoph. Galangæ, Cubeb. Mac. Nuc. Moſch. Croci a ʒij. Coechinil. ʒls. Vini Canar. ℔bij. Fiat infusio frigida.

Ad Imbecillitatem, Cruditatem, Ruſtus, Appetitus prostrationem, Coctionis vitium, & quoſcumque frigidos Ventriculi Affectiones, detur haustulus ante & post Paſtus.

Unguentum Aloëticum.

R. Aloes Puly. ʒij. Scammon. Troch. Alhend. an ʒls. Fel. Tauri ʒi. Butyri q. f. m. f. Ung.

Puerorum Umbilico adhibetur ad Vermes. Nescio an illud Riverii (cap. de Hydrope) Experienciae fundamento innatur necne, scribentis, Unguenta ex validioribus Purgantibus comparata periculosa esse; inserta enim musculis, & membranis, vis purgatoria lethale saepè alvi proſluvium ciet.

Unguentum Apertivum.

R. Ol. Lil. alb. Tamaris. a ʒij. Succi Rad. Bryoniae.

nix albæ, Apii à ʒj. Bulliant ad succorum consumptionem, addendo Ung. Dialth. & Butyri insulti à ʒj. Gum. Ammon. col. ʒls. Ceræ q.s.m. f. Ung. f.a.

Omnis tumor fit propter Obstructionem aliquibi jactam, quæ humorum influentium cursu obicem ponens, inundationem concitat. Aperientia ergo talia esse debent, que propter particularum subtilitatem, calorisque gradum pati contentaneum, istiusmodi concretiones dissolvant, Fibras rigidas lubricent; Interstitia, & meatus internos deoppilent; Cutim tensam relaxant; Porosque constrictos patefaciant; indeque fiet, ut Sanguine perfluente in rivum suum, crassius liquamen resorbente, Porisque patulis per Diaphorelin liquidorem partem amandantibus, debitus rerum status denuò restituatur.

Communis fert Authorum Opinio, Pinguia poros obstruere; Transpirationem inhibere; & Vapores in parte affecta retinere. Hujus autem contrarium (ni multum fallor) est verum; namque pro modo quo Fibrillæ (Cutis tegmen constituentes) vel contrahuntur, vel relaxantur, Transpiratio impeditur, aut promovetur. Et quando ob Tumorem dolentem, tensæ sunt illæ, rigidæ, aut constrictæ; tunc Pores occidunt, nilque transpirare permittunt. Cum autem ob lene foyens Oleum, fibrillæ dictæ molles, lubricæ, & relaxatae denuò redundunt, poros iterum restituunt, & Diaphoresin facilitant.

Insigniter valet hoc Uuguentum ad Tumorem Tensivum (non autem Aquosum, Glandulosum, & Scirrhosum) Hepatis, Lienis, & Abdominis.

Ung.

Ung. ad Ambysta.

R. Ung. Popul. Ung. albi Camphorati, Album.
Ovor. conqualsat. a 3j. Sacch. Saturni 3j. m.

Potenter refrigerat; dolorem demulcet; iochorem acrem attemperat; copiosiorem ejus appulsum prohibet; & locum tunc habet, quando ambustio est tantum superficiaria. Sin vero profundiū penetraverit; multasque fibrarum series abruperit; easque in cincinno (instar corii combusiti) resiliere coegerit; unde circulatio per partem aegre peragi potest; Relaxantia tunc, Emollientia, & Digerentia omniō ex usu erunt; nempe ut erispatæ librillarum extremitates iterū in directas lineas reducētæ; perluenti sanguini & spiritibus meatum praebeant. Ex Refrigerantibus autem, & Astringentibus perperam adhibitis, si forte motus vitalis per partem penitus præscindatur; necesse fiet, ut Gangraena inde acciatur.

Ung. ad Atrophiam.

R. Pingued. Humanæ; 3j. Ol. Lauri 3fs. Euphorb. 3j. Alum. plumosi (Spiritu Vini dissoluti) 3fs. Ol. Junip. Petrol. aī 3j. m.

Videatur Linim. Etii apud Riverium Prax. Lib. 17; c. 1. p. 540.

Quotidie friceatur membrum, donec rubescat, ac intumescat; & tunc ceflandum, inquit Communicator.

Ung. de Bills.

R. Ung. alb. 3fs. Camph. (aliquibus guttis Ol. Amygd. fol.) & Flor. Sulph. aī gr. xxiv. Flor. Benzo. gr. xij. aq. Regin. Hung. gut. 4o. Ol. Rhodii gut. viij. Ol. Garyoph. gut. iv. m. f. Ung. Ad putulas, & Faciei detur paniina perutile.

Ung. de Bismuth.

R. Ol. Amygd. dulc. 3ij. Sperm. Ceti 3ij. Magister. de Bismuth. 3j. m. f. Ung.

UN

340 Ad Ruborem faciei Variolosum delendum.

Ung. ad Calculum.

R. Ung. Alth. 3j. Ol. Terebinth. 3ij. Ol. Anisi
3j. m.

Eo inungatur regio Pubis, & Perinæi, in gra-
vi paroxyfmo calculoso, ad partes (propter cru-
ciatum) vacillantes confortandas, earumque
tensionem dolorificam relaxandam.

Ung. ad Contracturas. 3ij.

R. Ung. Nerv. 3j. Ol. é ped. Bov. Ol. Lumbric.
Medullæ crur. Bov. añ 3ss. Terebint. 3ij. Styr-
liq. Sperm. Ceti añ 3j. Ol. Anisi gut. xij. m. f. Ung.
Quando Membrum, Paralyfi affectum, exte-
nuari, infrigidari, motu privari, & contrahi in-
cipit; in diffcili hoc casu, hujusmodi reme-
dium cum valida frictione adhibitum nonnun-
quam juvare potest. Namque ob particulas le-
nes & oleofas, emollit, & relaxat fibras carneas
arefactas, & contractas: obque particulas balla-
micas & aromaticas, calefacit, & roborat fibras,
nerveas torpidas, & vacillantes: Hisque cùm acce-
dit etiam valida frictio; exindè sperandum erit,
ut Sanguinis & Spirituum influxus liberior eò
alliciatur; Calorque naturalis, Tonus, & Nu-
trimentum, Parti denuò restituantur.

Ung. Cordiale.

R. Ung. è flor. Aurant. Ol. Palmæ añ 3ij. Bals.
Apoplect. Ol. Cinnam. Garyoph. Nuc. Mosc. añ
gut. iv. m.

Ung. Crinifcum.

R. Cinerum Apum, Sterc. Mur. añ 3ss. Bals.
Peruv. 3ij. Mellis q. s. m. f. Ung.

Sinciput ferè solum fit calvum, inquit Aristot-
eles. Nam inter Cutim & Cranium in Sincipi-
te, non medianit Musculi, aut Pinguedo, sicut
in

UN

341

In Occipite : Ideo ibi, Cuto quasi testaceâ red.
ditâ Capilli decidunt.

Ung. Defensivum.

R. Aceti, Camph, Ter. Lemn. Boli à 3fs. Ol.
Ros. 3ij. vel q.s.m.

Caro constat ex fibris tubulosis affabre contex-
tis; atque per istas humor (influens, aut con-
gestus) in partem læsam, tono fractam, aut de-
pendentem, detluere solet : ideoque quæ refrî-
gerando, aut præssiis adhærendo, tubulos di-
ctos constringant, & angustiores reddant, istius-
modi defluxionibus inhibendis inserviunt.

Ung. Digestivum.

R. Terebint. 3j. Vitel. Ov. N. ij. Mel. Ros. 3fs.
Myrr. Aloes, Croci, Colophoniae à 3fs. Farinæ
tritici q.s.m.

Ung. Diffusans.

R. Ung. Dialth. 3j. Gum. Ammon. 3ifs. Mer-
curii crudi 3fs. Ol. Absint. chym. gut. iv. m.

Ung. ad Erysipelas.

R. Succi fol. Samb. Ol. Lini añ 3ij. Coq. ad
succii consump. dein adde Pul. Litharg. q. s.m.

Ung. ad Fonticulos.

R. Ung. Basil. 3ifs. Pul. Cantharid. 3fs. m.
Quando Fonticuli foramien euticula obduci,
ferè sanari; ichoremque nimis parè profundere,
aptum est; parum hujus immissum, & opportu-
nè repetitum adjumento erit.

Ung. Frontale.

R. Ung. de Alabast. 3ifs. Ol. Mac. expref. 9j.
Opii (solut. Aq. Ros.) 3fs. m. Vid. Epith. Fron-
tale.

Ung. Hæmorrhoidale.

R. Ung. Popul. 3j. Ol. Succini 3ij. m.
Ad Hæmorrh. tumidas, & dolentes.

Ung.

Ung. ad Lac. Repellendum.

R. Alum. pul. 3 ss. Butyri 3 ij. Ceræ 3 ij. f. a.
Ung. pro Mammillis excoriatis.

R. Myrr. 3 ij. vitel. Ov. No. j. Mellis, Ol.
Ros. 3 3 ss. m.

Ung. Ophthalmicum.

R. Ung. Tutiæ 3 ss. Boli, Lap. Calamin. 3 ij.
Camp. 3 ss. Ol. Ros. q. s. m.

Ung. Pectorale.

R. Ceræ flavæ 3 vj. Sperm. Ceti, Ol. Mac.
expr. aij 3 ij. Ol. Amygd. dulc. 3 ij. Ol. Nuc. Mosc.
gut. xvij. Ol. Garyoph. gut. viij. m.

Elegantissimum est, & Isdem pollet viribus
ac Emp. Pect.

Circa Oleorum Chymicorum externum usum,
hoc communiter observandum; ut non sola usur-
pentur; sed cum Cera & Pinguibus misceantur,
ut Gumæ tenaciæ adhærent; sola enim adhibita
facile dissipantur, & in auras evaporant.

Ung. Pellicanum.

R. Ol. Nuc. Jugland. 3 ss. Gum. Elemi, Co-
lophon. 3 iv. Ceræ novæ 3 vj. simul coq. &
quando satis serè cocta sint, adde Tereb. Ven.
& Sty. liqu. 3 3 iv. bulliant omnia lento igne qua-
drantem horæ; postmodum colentur, & conti-
nuò agitentur donec refrixerint.

Balsamicum, Sanativum, Digestivum, Dis-
cutiens, & Neuroticum est expertum, nullique
secundum.

Ung. Piceum.

R. Ung. de peto 3 v. Pic. liqu. 3 j. Ol. Saffaph.
3 ss. m. f. Ung.

Ad varios cutaneos affectus; & vel ipsam Le-
pram Graecorum laudabile.

Ung.

1. *Ung. Pleuriticum.*

℞. Ung. Dialth. ʒj. Ol. Linii ʒ ss. Ol. Cymin. ʒ ss.
Camph. ʒ ss. Spir. Sal. Armon. ʒ i ss. m.

In Tumoribus Inflammatoriis datur congestio
Lymphae gelatinosæ, quæ vascula comprimen-
do, Sanguini à tergo appellenti obstrukcionem
ponit, eumque extravasari cogit: exindeque
fibrae carneæ (quasi cuneis adactis) è loco invi-
cim detructæ, confuso ordine intricatae, & su-
pra tonum tenetæ, Doloris sensum pariunt. Jam
vero ad hujus malorum amolitionem, duo veniunt
præcipue agenda. Primo, Gelatinosa ista con-
cretio est (Volatilium ope) adeò dissolvenda,
& eliquanda, ut facile in Vénas denuo reman-
detur. Secundo, Fibra ipsæ Oleosorum ope de-
mulcendæ, & glabra reddendæ. Ita enim San-
guinis motu pulsilio jugiter protrudente, fa-
cillime in naturales & directas acies iterum ex-
plicantur. Circulatio per partem debita redin-
tegetur; Humor congestus resorbeatur; & Af-
fectus consequenter solvatūr.

Multo uero compertum est, spirituosa Un-
ctuosis admista, longe potentius, & efficacius,
mederi doloribus, quam per se sola usurpata.

2. *Ung. Pleuriticum.*

℞. Ung. de Alth. ʒj. Ol. Amygd. dulc. ʒ ijj.
Camp. ʒ. Sp. Sal. Armon. ʒj. m. f. Ung.
Dolores Pleuriticos & Podagricos placat, &
tollit, si ungatur partibus dolore affictis; quo-
niam poros valde penetrat, & particulas acres
stagnantes vel obtundit, vel dissipat; & extra-
vasatas massæ sanguineæ circulanti restituit.

Per experientiam didici quid spirituosa cum
Unctuosis mixta, doloribus optimè medeantur,
non ita sola spirituosa.

Ung. Podagricum.

R. Sapón. nigr. ʒiv. Pisselæi Indici, Mellis li-
quidi à ʒis. Alb. Ovi No. i.m.

De modo, quo Antipodagrīca operantur, vid.
Empl. Arthrit. & Fot. Podagr. Hoc iæpè juvamen
attulit. Super petiam extendatur, partique labo-
ranti applicetur.

Ung. ad Porriginem 1.

R. Sapon. nig. ʒi. Sulph. viv. ʒis. Pic. liqu. Ung.
Basil. à ʒij. Ung. Egypt. ʒij. m.

Capiti (fortice abſcisſis capillis) adhibeatur.

Ung. ad Porriginem 2.

R. Sulph. vivi pul. ʒis. Bals. Sulph. ʒis. Testar.
Ostrear. calcin. Axung. Porc. à ʒij. m.

Non cujuſvis res eſt, ut faēdum hunc, &
maxime pertinacem affectum (abſque crudeli
capillorum avulſione) expugnare queat. Qui
verò hæc mihi communicabant, summè eſſe effi-
caciae, & ſaepe experta, ambo affirmabant.

Ung. Psoricum.

R. Axung. Porc. ʒij. Ung. è flor. Aurant. ʒis.
Flor. Sulph. ʒis. Rad. Irid. Zinzib. à ʒj. Vitrioli
albi usti ʒis. Spir. Vini Succi Limon. à ʒj. Ol.
Rhodii gut. xxij. Ol. Garyoph. gut. vj. m.

Sulphur in hoc affectu prodeſt, quatenus San-
guinis, & Humorum acores, & asperitates qua-
vis exoticas, & corruptivas deſtruit; ac unico-
que latici indolem benignam, sc. mollem, &
quaſi oleofam reſtituit; atque ita Sulphuris
particulae exterius applicatae, cutis poros facile
iubeunt, atque intus admissæ protinus in icho-
rem ulcerofum illic ſcatentem agunt; fates in-
ibi præpollentes mortificant; & latici cutaneo
natūram balsamicam; (deinceps ut bene con-
gruat cum Sanguine, & Seru, continuè affluis)
conciiliant.

Ung.

Ung. Puerperarum

R. Butyri Gelfemini, Ung. è Florib. Aurant.
à 3ijs. Ol. Amygd. dulc. 3vj. Sperm. Ceti 3ij. m.
Ad Rugas Ventris post Partum.

Ung. Refrigerans.

R. Sach. Saturni 3iji. Solv. Aq. Sperm. Rosar. 3vj. Ung. Rosat. 3iij. m. f. a.
Pro Dorfi dolore, Æstu, & Pruritu.

Ung. Renale.

R. Ung. Popul. 3ijs. Ol. Scorp. Succi Limon, à 3ijs Opii 3j. Camp. 3ijs. m. f. Ung. Ad dolores Nephriticos levandos.

Ung. Salino-Volatile.

R. Sapon Venet. raf. 3ij. Ol. Castor. Spir. Vini Camph. à 3iij. Ol. Junip. 3j. Spir. Sal. Armen. 3ij. m.

Ad dolores Arthriticos, Rheumaticos, &c.

Ung. Saponaceum.

R. Sapon. Castill. 3ijs. Ol. Tatt. per deliq. 3j. Terr. Cimol. 3iji. Rad. Helleb. alb. nig. à 3ijs. Ung. Samb. 3ij. m. f. Ung.

Ad Faciei Cutisque Maculas, Pustulas, Scabiem, & quacumque freditates.

Ung. Scrophulofum.

R. Succi Rad. Bryon. albæ, Enulae, Suc. Herb. Bellid. min. à 3j. Mellis 3iji. coq. ad confist. dein adde Æthiop. miner. 3vj. m.

Nodos glandulosos, & Strumas dissolvit. Interna vero minime interim negligi debent ; si quidem (Doctore Wharton illud observante) Qui Strumis externis afficiuntur, internis etiam plurimum laborant.

Ung. ad Scrophulas suppuratas.

R. Ol. Lauri, Cerussæ pulv. à 3j. Alum. crud. 3ijs Salis 3ij. m.

Ung.

Ung. Splanchnicum.

R. Ung Dialth. 3ij. Gum. Ammon. col. 3fls. Ol. Junip. gut. xx. m. f. a.

Craftos lentoisque humores, alicubi congetatos, optimè attenuat, & dissolvit; atque ad Abdominis & Hypochondriorum Tumores apprimè convenit.

Ung. Spleniticum.

R. Gum. Ammon. col. 3fls. Labd. Bals. Peruv. an 3ij. Adip. Gall. 3j. Ol. Ros. 3iv. Succi Cicutæ 3ij. Coq. ad succi conlumptionem. Ad eosdem usus cum superiori, sed vid. Ung. Aperitiv.

Ung. Stomachicum.

R. Terebinth. Ven. Spir. Sal. Armon. an 3j. Ceræ. Ol. Junip. an 3ij. Ol. Garyoph. 3j. Ol. Menth. 3ij. Ol. Absinth. 3j. m. f. a. & f. Unguentem elegans & nobile.

Ung. ad Ulcera.

R. Axung. Porc. 3iv. Cinnab. pulv. 3ij. Litharg. Cerussæ à 3ij. Ol. Spicæ, Terebinth. à 3ij. Ol. Ros. q. s. f. Ung. f. a.

In intimos Ulcerum antiquorum recessus penetrans, Ichorem acrèm & exedentem corrigit; Sordes foetidas & malignas educit; Fermentum corruptivum dedit; virtutemque balsamicam & sanativam inducit.